

1890  
20

SYLLOGES  
EMENDATIONVM CONIECTVRALIVM IN  
VERSIONES GRAECAS V. T.

PARS II.

---

QVA

AD MEMORIAM NATIVITATIS CHRISTI

a. p. C. n. MDCCC

IN ACADEMIA VITEBERGENSI

PIE CELEBRANDAM

PVBLYCO NOMINE

INVITAT

IOHANNES FRIEDERICVS SCHLEVSNER

PHILOSOPH. ET THEOLOG. DOCTOR, HVIVSQVE PROF. PVBL. ORD.  
IN ACAD. VITEBERG. AEDI ARCIS ET ACADEM. PRAEPOSITVS, NEG  
NON CONSIST. ELECT. ECCLES. ASSESSOR, ORDINIS THEOL.  
H. T. DECANVS.

---

VITEBERGAE

LITETIS CHRIST, PHIL. MELTZERY.



SYLLABUS  
FUNDATIONVM CONNECTIVARVM IN  
VERSIONIBUS GRAECIS V. T.  
PART. II.

AD MEMORIAM NATIVITATIS CHRISTI  
M. DC. CC. LXXV.  
IN ACADEMIA VITTOBORGENSIS

PHILIPPUS DOMINICUS  
JOHANNES FRIBERGIIUS CHELMSHER  
M. DC. CC. LXXV.

LEIPZIG  
M. DC. CC. LXXV.



EXODVS.

**E**xod. I. 1. vbi in Aldino exemplo legitur *παγονια*, haud dubie *παγονια* reponendum erit. Eodem modo in Codd. Moeridis quibusdam pro *παγονια* scriptum extat, vt in Cod. Leid. sec. Thomae Magistri *παγονια*. *Fischer de Vitiis Lex. N. T.* 26. p. 10.

Exod. I. 7. Montfauconius in Hexaplis Origenianis e codicibus suis et exemplo Romano edidit Α. Θ. *ἐξήρποσαν*, sed in Catena a Nicephoro edita p. 553 Aquilae tribuitur *ἐχέοντα*, ita vt nec *Theodoretus* Quaest. 1. in Exod. p. 120 T. I. Hal. dissentiat. Scilicet *ἐχέοντα* videtur petum esse ex altera Aquilae versione, *ἐξήρποσαν* e prima. *Fischer Proll. de Vitiis Lexicc. N. T. Proll.* 30. p. 24.

Exod. I. 13. Pro *קפפ* in Aquilae fragmentis legitur *ἐν τρυφήματι*. Ita enim rescribendum est pro *ἐν τρυφήματι*, quod *Montfalconius* e Codice Bibl. Paris. Reg. edidit, quum vix credibile videatur, neglectam fuisse ab Aquila, quae erat nimia hominis in convertendo diligentia et religio, particulam *ב*. *Symmachus* etiam et *Theodotio* *ἐμπαίγματι* habet. *Fischer de Versf. Graec.* p. 41.

Exod. II. 15. Tribuunt *Symmacho* ex Incerto *מדין* *ἐκ κηδεως*: sed malletm hoc esse ex notis marginalibus, ortum forte ab allegoriis veterum, et ab Origene in margine Hexapl. additum, quibus abundat Cod. Coisl. in append. *Montfauc. Gen. II. 7.* Confer. et *Montfauc. I. c. Exodi.*

Exod. VI. 3. Verba versionis Alexandrinae *κῆρ τὸ ὄνομα μῆς, κηγίος, ἐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς* interrogative legenda sunt. *Οὐκ* enim hoc loco vsurpatur pro *ἐχ* vt hebraicum *אל* pro *אלה*, et non pro nomine apud latinos. *Colomesti* *Obfl. SS.* p. 23. Vocabulum *κηγίος* omisit non solum *Iustinus* in *Diall. c. Tryph. Iud.* p. 213, sed etiam *Philo* in libro *de nominum mutatione* p. 1046.

Exod. VIII. 14. *המרים חמרים*. A. Σ. *κόςες, κόςες*. Ita ex Chronico Alexandrino edidit *Montfalconius*, Sed Cod. Basil. optimaе notae

hoc tantum ad Aquilam refert, cui adscriptur Codex Coislinianus, neuter quid de Symmacho. Etsi quidem ipsum verbum Symmachi esse non negarim, nam solent omnes tres v. c. Ez. XLV. 13. מַרְמַר per κόρος interpretari; in Symmacho tamen hebraismi nominis iterati non facile reperiuntur.

Exod. IX. 9. Pro θάνατος μέγας codex Oxon. habet λοιμός μέγας, sed λοιμός nomen adventitium est atque alienum, h. e. e versione Symmachi aut Aquilae sumptum. *Fischeri Supplem. Comment. I. Vorstii de Hebraïsmis N. T. Spec. II. p. 9.*

Exod. XIII. 13. Pro λυτρώση redimes legendum est forte λυθρώση *cruentabis*, sanguinem eius fundes. In textu enim hebraico legitur חָרַב, quod decervicare vel cervicem frangere proprie significat. *I. Bonfrerius in Comm. ad h. l.*

Exod. XIII. 18. In reliquiis Theodoionis pro πεμπτάζοντες h. e. quintam existentes reponendum esse πεμπτάζοντες per quinque numerantes, quod magis respondeat hebraico מִשְׁמַרְטִים, iudicat *Fullerus in Miscell. SS. lib. V c. 2.*

Exod. XIV. 16. In Hexaplis Origenianis Aquilae reddendum esse videtur, quod Symmacho tribuitur, et vice versa, nullam aliam ob causam, quam quod εἰς χέρον est graecum, εἰς ξηράν autem hebraicum.

Exod. XV. 4. In versione Alexandrina Cod. Vatic. habet: κατεπόθησαν, Cod. Alex. alique libri legunt κατεπόντισεν. Scilicet Alexandrini scripsisse videntur ἐπιλέκτες ἀναβάτας τριτάτας κατεπόντισεν; quo responderet hoc incisum inciso superiori: sed alius interpres, nescio quis, cuius verba interpres Latinus expressit verbis: *eladi principes eius submersi sunt*, verbum hebraicum נַחַשׁוּת expressit verbo κατεπόθησαν. Iam ex h. l. sumta est glossa *Hesychii κατεπόθησαν κατεποντίσθησαν*, ita ut glossa ex hac ignoti interpretis versione petita sed glossema e verbis τῶν ὁ efficta esse videatur. *Fischerus de Vitiis Lexicc. N. T. Prol. 28. p. 9.*

Ibidem. Alexandrini pro נַחַשׁוּת habent τριτάτας ἀναβάτας. Alterum est glossema, quod ex margine irrepsit in textum, ad explicationem vocis obscurioris τριτάτας, quae est interpretamentum vocis נַחַשׁוּת, quod est longe magis appositum, quam quae *Nobilius* assertit ex *Origine* et *Gregorio Nysseno*. *Αναβάτας* hic esse glossema patet ex Exod. XIV. 7. vbi נַחַשׁוּת redditur simpliciter per τριτάτας. *Cappellus Nott. Critt. in V. T. p. 406.*

Exod.

Exod. XXI. 6. Scholion, quod ex vno codice et schedis Combessianis laudat *Montfautonium* in notis ad h. l. est ex *Origine* desumptum. Conf. *Ej. Opera T. II. ed. Paris. p. 127.*

Exod. XXIII. 21. Loco *πρόσεχε σεαυτῶ* *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud. p. 172* rectius *αὐτῶ* habet. Lectio *σεαυτῶ* sine dubio orta est ex altera *συ αὐτῶ*, quae in editione *Vossiana* legitur.

Exod. XXIV. 11. Loco *ἔ διεφώνησεν εἰς εἰς*, quorum verborum difficulter ratio reddi vel sententia explicari potest, crediderim legendum *ἔ διεφώνησεν εἰς εἶνα* non interfecit neque unum. *I. Bonfrerius* in *Comm.* ad h. l.

Exod. XXV. 25. Alexandrini hic *σεφάνην παλαιτῆ* coronam pugilis habent, cuius versionis, quia nulla idonea videtur posse reddi ratio, crediderim legendum *παλειτῆς* vel *παλειτῆϊον*. Significat enim *παλαιτῆ* mensuram palmi minoris seu quatuor digitorum, quae altitudo hic manifeste huic limbo praefcribitur, et *παλειτῆϊον* vocant quicquid magnitudinis est palmari seu quatuor digitorum. Eandem magnitudinem significat vox hebraea *פסל*. *I. Bonfrerius* in *Comm.* ad h. l.

Exod. XXXII. 18. *Alex. Φωνὴν ἐξαρχόντων ὄνε ἐγὼ ἤκιστα.* Vox *ὄνε* male irrepsit, quia secundum *Deut. 29. 6.* quadraginta annis in deserto vinum et siceram non biberunt. *Marshall Canon. Chron. p. 209.*

*Ibid. 32.* In exemplis *Verf. Alex.* omnibus legitur: *καὶ ὅν εἰ μὲν ἄφες αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν αὐτῶν, ἄφες εἰ δὲ μή κ. τ. λ.* Sed in libris hebraicis nihil est, quod Imperativo *ἄφες* respondeat. Scilicet ille expressus est ex Imperat. *Νῦν*, qui in codd. *Samarit.* legitur, additus a Grammaticis, qui lacunam orationis explere scilicet vellent: etsi non nescio *Iosephum Torellium* in animadversionibus ad illum *Exodi* locum p. 15. (*Veronae 1744. 8.*) contra existimare, ita vt Imperativum istum e *Verf. Alex.* credat in codd. *Samarit.* venisse. *Fischer Proll* *quinque p. 127.*

Exod. XXXVIII. 28. Hic apud *Septuaginta* mendum irrepsit, vbi habetur *κατηργήσωσθε δεαυραυτῆ*. Legendum enim est *κατηργήσωσθε δεαυραυτῆ*, vt ex *Hebraeo, Chaldaeo* et *Vulgato* liquet tum hic tum c. 27. v. 10. 17. immo et ex ipsis *Septuaginta* c. 27. 17. *I. Bonfrerius* *Comm.* ad h. l.

Exod. XXXVIII. 29. In versione *Alexandrina*, quae est in *Bibliis Regiis* habetur *τριακόσια ἑβδομήκοντα τάλαντα* trecenta septuaginta talenta. Sed illud *τριακόσια* expungendum est, vti et in aliis codd. expungitur:

gitur: nihil enim tale vel in Hebraeo vel in Chaldaeo vel in Vulgato habetur. *I. Bonfrerius* in Comment. ad h. l.

Exod. XXXIX. 30. Λοκο ἐτετυπωμένα lege ἐτετυπωμένα cum *Salmasio* ad *Solinum* p. 1100, qui omnino videndus. *Colomesius Obsj.* SS. p. 25.

### LEVITICVS.

Levit. XIII. 3. Edit. Rom. קמץ A. S. κοιλὴ βαθυτέρα. Putares vtrumque habere tam κοιλὴ quam βαθυτέρα; aut κοιλὴ tantum, et βαθυτέρα esse explicationem in margine positam; sed κοιλὴ h. l. tam constructione quam significatione est hebraicum, et scribendum A. Th. κοιλὴ. S. βαθύτερον. Sic etiam Cod. Basil. *Thieme de puritate Symmachi* p. 23.

Levit. XIII. 45. Alex. καὶ ἀκάθαρτος κεκλήσεται. Vetus exemplaria nonnulla habebant: καὶ ἀκάθαρτος ἀκάθαρτος κεκλήσεται iterata voce ἀκάθαρτος, quae lectio plane convenit cum ea, quae in codice ebraeo reperitur. *Augustinus* in tertio locutionum libro: „de leproso cum loqueretur Dominus ait: et immundus immundus vocabitur, quasi non satis esset semel dicere immundus vocabitur. Quanquam nonnulli codices ita habeant, in alio Graeco ita invenimus semel dictum, immundus vocabitur.“ *Drusius Miscell.* Cent. II. c. 16.

Levit. XVIII. 17. Cod. Bas. S. ניה תמי זעמא עין, quod nemo probet, cui nota sit Symmachi consuetudo, et qui contra saepe legerit Theodotionem quaedam appellativa ex hebraico graecis litteris retinere. Sed Cod. Coisl. hoc esse Theodotionis, Symmachi autem μύσος docet. *Thieme de puritate Symmachi* p. 23. Confer etiam *Ezech. XVI. 27.* vbi תמי S. scelerata. Th. Ζέμμα.

Lev. XIX. 27. Non placet, quod h. l. vbi Cod. Bas. S. habet τὸ Φαλὲ τῆ πρόγονος σε, et Theod. τὸ Φαλὲ τῆς κεφαλῆς; malit etiam *Montfauconius* in Symmacho pro Φαλὲ, Φαλὲ vt Theodotio. Mirum hoc videtur cum S. in antec. cod. h. v. ΠΝΩ habeat per ὄψιν. Certum itaque videtur Φαλὲ esse τὸ Theodotionis Φαλὲ. *Thieme de puritate Symmachi* p. 24.

Levit. XX. 25. *Montfauconius* ἄδων, qui habet οὐκ ἐξέπτε ἀδάμα, Symmachum et Theodotionem esse existimat, quia uterque Gen. II. 7. ἐπλασε τὸν ἀδάμ χεὶν ἀπὸ τῆς ἀδάμα ex *Philop. Hexaemero*. Sed si locus Gen. vere est Symmachi, excusandus est; nam ἄδων et ἀδάμα ibi ad

sc



se referuntur, quod forte retinuit, quia verbum in graeco non haberet, quod secus in Lev. esse apparet. *Thieme de puritate Symmachi* p. 24.

Levit. XXIII. 40. In verbis  $\aleph \aleph \aleph \aleph$  Aquilae translatio profus abest a fragmentis Hexaplorum apud *Montfauconium*. *Thalmud* autem *Hieros.* in *Bresch. Rabb.* fol. XIV. demonstrat, Aquilam eandem vocem hebraicam servasse, sed aliis subscriptis vocalibus, *דבֿרֿ*. *Starcke iarm. Dav.* p. 385.

Levit. XXIV. 11. Alex.  $\omicron$   $\upsilon$   $\acute{\alpha}$   $\nu$   $\acute{\iota}$   $\acute{\omicron}$   $\tau$   $\eta$   $\varsigma$   $\gamma$   $\nu$   $\nu$   $\alpha$   $\iota$   $\mu$   $\acute{\omicron}$   $\tau$   $\eta$   $\varsigma$   $\iota$   $\varsigma$   $\rho$   $\alpha$   $\eta$   $\lambda$   $\iota$   $\tau$   $\iota$   $\delta$   $\omicron$   $\tau$   $\omicron$   $\nu$   $\omicron$   $\mu$   $\alpha$   $\kappa$   $\alpha$   $\tau$   $\eta$   $\rho$   $\acute{\alpha}$   $\sigma$   $\alpha$   $\tau$   $\omicron$ . Ita libri sinceriores. Aliis additum nomen  $\kappa$   $\upsilon$   $\rho$   $\iota$   $\varsigma$ , quod etiam factum est ab interprete Vulgato. Nec dubitandum, quin lucis causa hoc factum sit. Nam abest ea vox hoc quidem loco libris omnibus ebraeis. *Drusus Quaest. ebr.* l. II. Qu. 69.

Levit. XXVI. 16. Quamvis apud Alexandrinos  $\acute{\alpha}$   $\pi$   $\rho$   $\omicron$   $\iota$   $\alpha$   $\nu$  exhibeant nostra exemplaria iam inde a multis saeculis, tamen graecos suspicor  $\acute{\alpha}$   $\tau$   $\rho$   $\omicron$   $\phi$   $\iota$   $\alpha$   $\nu$  reddidisse, quae est inter phthisis species. *Bochart Hieroz.* T. II. l. II. c. 18. p. 264.

Levit. XXVII. 18. Vox  $\epsilon$   $\sigma$   $\chi$   $\alpha$   $\tau$   $\nu$  ante  $\mu$   $\epsilon$   $\tau$   $\acute{\alpha}$   $\tau$   $\eta$   $\nu$   $\acute{\alpha}$   $\phi$   $\epsilon$   $\sigma$   $\nu$  etc. in vers. Alex. mendose h. l. irrepit in textum, cum neque necessaria sit, sed potius vitiet sensum, neque in hebraeo habeat vocem sibi respondentem. *Bonfrerius in Comm. ad h. l.* p. 724.

Levit. XXVI. 36. Alex.  $\epsilon$   $\pi$   $\acute{\alpha}$   $\xi$   $\omega$   $\delta$   $\epsilon$   $\lambda$   $\epsilon$   $\iota$   $\alpha$   $\nu$  inducam servitutum. Verum legendum  $\delta$   $\epsilon$   $\lambda$   $\iota$   $\alpha$   $\nu$  timiditatem, vt alii libri habent et legit Augustinus. *Bonfrerius in Comm. ad h. l.* p. 718.

#### N V M E R I.

Num. VII. 3. In notis ed. Rom. Vers. Alex. laudantur *Eusebii Emis.* *femi* verba haec:  $\acute{\alpha}$   $\mu$   $\acute{\alpha}$   $\xi$   $\alpha$   $\iota$   $\varsigma$   $\lambda$   $\alpha$   $\mu$   $\pi$   $\eta$   $\nu$   $\iota$   $\kappa$   $\alpha$   $\iota$   $\varsigma$ ,  $\tau$   $\alpha$   $\iota$   $\varsigma$   $\delta$   $\iota$   $\alpha$   $\tau$   $\rho$   $\omicron$   $\chi$   $\epsilon$   $\iota$   $\varsigma$   $\lambda$   $\acute{\epsilon}$   $\gamma$   $\epsilon$   $\varsigma$ ,  $\acute{\alpha}$   $\varsigma$   $\tau$   $\nu$   $\epsilon$   $\varsigma$   $\zeta$   $\eta$   $\rho$   $\acute{\omega}$   $\tau$   $\iota$   $\kappa$   $\alpha$   $\lambda$   $\delta$   $\omicron$   $\nu$ , quibus duplex inhaeret mendum. Nam et  $\delta$   $\iota$   $\epsilon$   $\tau$   $\rho$   $\omicron$   $\chi$   $\epsilon$   $\varsigma$  pro  $\delta$   $\iota$   $\alpha$   $\tau$   $\rho$   $\omicron$   $\chi$   $\epsilon$   $\varsigma$  omnino legendum contendo, et  $\beta$   $\iota$   $\rho$   $\acute{\alpha}$   $\tau$   $\iota$   $\alpha$  aut potius  $\beta$   $\iota$   $\rho$   $\acute{\omicron}$   $\tau$   $\iota$   $\alpha$  pro  $\zeta$   $\eta$   $\rho$   $\acute{\omega}$   $\tau$   $\iota$   $\alpha$ . *Birotia* vero vocabulum latinum esse constat, a Graecis, vt alia plurima, vulgo vsurpatum, et a *birotis* nominativo singulari formatum, composito ex *bis* et *rota*, vt *billbris* ex *bis* et *libra*. Est autem *plaustrum* aut *vehiculum birote*, quod duabus nititur rotis. *Eusebius* graece  $\delta$   $\iota$   $\epsilon$   $\tau$   $\rho$   $\omicron$   $\chi$   $\omicron$   $\nu$  nominat. *Pollux* (*Onom.* X. 12.)  $\delta$   $\iota$   $\kappa$   $\kappa$   $\lambda$   $\omicron$   $\nu$ . *Fuller Misc.* SS. III. c. 2.

Num. IX. 3. LXX  $\kappa$   $\alpha$   $\tau$   $\acute{\alpha}$   $\sigma$   $\acute{\upsilon}$   $\gamma$   $\mu$   $\epsilon$   $\rho$   $\iota$   $\sigma$   $\iota$   $\nu$   $\acute{\alpha}$   $\nu$   $\tau$   $\epsilon$   $\iota$   $\nu$   $\iota$   $\alpha$   $\kappa$   $\omicron$   $\mu$   $\rho$   $\alpha$   $\tau$   $\iota$   $\omicron$   $\nu$   $\epsilon$   $\mu$   $\iota$   $\nu$ , quod

quod nullum videtur sensum commodum efficere posse, proinde ut hebraeo textui respondeat, uti habetur in omnibus iudiciis eius. Igitur crederim legendum κατὰ ἡμέρας αὐτῶν. *Iac. Bonfrerius.*

Num. IX. 22. Septuaginta hic videntur diminuti et mendosi, apud quos ita legitur: ἡμέρας ἢ νυκτὸς ἢ μηνὸς ἡμέρας πλεονάζουσης die vel nocte vel mense diei multiplicantis vel die multiplicante. Sunt etiam codices, qui illud ἢ νυκτὸς omittant. Existimo autem sic legendum: ἢ ἡμέρας καὶ νυκτὸς (sic ut haec ad praecedentem versum pertineant, nam alias integram illam sententiam non reddidissent, si post diem et noctem recessisset, dissipabant tentoria, quae duo posteriora verba addita sunt a nostro interprete claritatis gratia, cum non habeantur in hebraeo) ἢ ἡμέρας, ἢ μηνὸς, ἢ ἡμέρας πλεονάζουσης out duobus diebus, aut mense, aut die ulterius procedente, h. e. aut post unum diem et noctem, aut post duos dies, aut post mensem, aut post longius tempus. *Iac. Bonfrerius.*

Num. XVI. 3. Septuaginta: ἐχέτω ὑμῖν habeat vobis, vel ut alii legunt ἐχέτω ἐν ὑμῖν habeat in vobis, quae non videntur commodum sensum posse efficere, si verbum verbo reddas. Nonnemini succurrebat forte legendum: ἀρκέτω vel ἀρκέτω ὑμῖν sufficiat vobis, nam et versio latina habet: sufficiat vobis. Nihil tamen mirandum censeo, cum apud probatos auctores legamus phrasin non dissimilem, καλῶς αὐτῶ ἐχει bene quadrat illi. *Iac. Bonfrerius.*

Num. XXIV. 7. Apud Septuaginta Biblia Regia legitur: ὑψωθήσεται ἢ Ἰσραὴλ βασιλεία αὐτῶν, καὶ αὐξηθήσεται ἢ βασιλεία αὐτῶν et exaltabitur Israhel regnum ipsius, et augebitur regnum eius. Verum meliores codices pro Ἰσραὴλ habent Ἰσραὴλ, quomodo etiam legit *Origenes* et *Theodoretus* Quaest. 45 in *Numeros*, licet huius interpretes alia omnia reddiderit; ubi etiam *Theodoretus* indicat *Symmachum* reddidisse ὑπὲρ Ὠγ super *Og*. *Procopius* tamen refert, tam *Symmachum* quam *Theodotionem* vertisse ὑπὲρ Ἰσραὴλ, quod etiam de *Symmacho* *Diodorus* testatur. Ego vero legendum putarium apud Septuaginta: ὑψωθήσεται ὑπὲρ Ἀγαγ, vel Ἀγαγ, βασιλεία αὐτῶν vel βασιλεία αὐτῶν, nam utrumque Ἀγαγ et βασιλεία legit *Procopius*; et sic omnino ex hebraeo legendum videtur; nisi quis pro ὑπὲρ Ἀγαγ vel ἢ Ἰσραὴλ, ut alii legerunt, legere malit leviori mutatione ἢ Ἀγαγ magis quam *Agag*. Nam illud ἢ significat etiam magis quam apud probatos auctores. *Iac. Bonfrerius.*

Num. XXXII. 17. et Deut. III. 18. Pro ἐποπλισάμενοι, quod est in libris

libris editis versionis Alexandrinae, reponendum videtur ἐνοπλισμένοι, ut scriptum legitur in Cod. Coislin. Deut. d. l. et Numerr. d. l. in Cod. Lipf. cuius librarius scripsit ἐνοπλισμένοι, quae scriptura quodammodo ostendit originem lectionis ἐνοπλισμένοι. *Fischerus in Proluss. quinque p. 107.*

Num. XXXIII. 54. Loco ὄνομα, quod h. l. apud Alexandrinos hebraico נררל respondet, videtur τὰ ὄγια esse legendum. *Doederlein Bibl. Theol. Tom. I. p. 344.*

### DEUTERONOMIVM.

Deut. I. 27. *Montfauconius* in Hexaplis Origenianis retulit e Codice MS. Basileensi ad verbum הרגבר verba haec, A. προσηγήσατε. Θ. παρεπιράνατε τὸ εἶμα κρητῆ, quibus tamen satis apertum videtur reddi verba: הרהבה פי יהוה non verbum הרגבר, ita ut *Theodotio* הדבר dubium putarit inepte a verbo מרר. *Aquila* autem etiam aliis locis (Pl. V. 11. LXXXVIII. 17.) הרהבה verbo προσηγήσεν reddidit. *Fischer de Versf. GG. p. 31 sequ.*

Deut. III. 4. Auctoribus *Eusebio* et *Hieronymo*, et praeeunte *Drusio Montfauconius* Symmacho ad vocem hebraicam ארנוב tribuit vocabulum ἐπιμετρον, quod h. l. non mensuram valet, sed regionem, cum ambitum (*Diog. Laert. II. 2.*) proprie significet. Debet autem nomen istud referri ad vocabulum חבל non ad verbum ארנוב, quod non modo communis notio utriusque vocabuli et graeci et hebraici postulat, verum vel maxime hoc, quod idem *Symmachus* in Sephaniae oraculis II. 6. verba חבל הים vertit ἐπιμετρον τὸ παραλίον h. e. regio maritima. *Fischer de Versf. GG. p. 31.* et ante eum *Thieme* in *Diss. de puritate Symmachi* p. 10.

Deut. VII. 22. In omnibus Versionis Alexandrinae libris legitur κατὰ μικρὸν μικρὸν. Nihilominus tamen alterum μικρὸν delendum esse, opinor satis apparere ex eo, quia loco Exodi 23. 30 in Vaticano aliisque Codicibus excepto Alexandrino, pro illis ipsis verbis hebraicis extat κατὰ μικρὸν. *Fischer de Versf. GG. p. 91.*

Deut. VII. 25. Verba μὴ σιωλῶθῃς ἐν αὐτῷ, quae h. l. leguntur in Versione Alexandrina pro hebraicis בו תוקש בו, et in Cod. Basileensi interpreti incerto tribuuntur, ab *Aquila* censeo profecta esse. *Fischer de Versf. GG. p. 25.*

D

Deut.

Deut. XV. 10. Verba in versione Alexandrina καὶ δανείζων δανείσεις αὐτῶ, ὅσα ἂν ἐπιδέηται σε, quis negaret glossema esse, quod sciolus aliquis huc inferuerit, delumtum, ex v. 8. superiore? Nam non leguntur neque in codice Hebraico neque apud Hieronymum.

Deut. XXII. 9. כלאים S. ἔργμον. A. ἀνομοιογενές. Quum illud nimis sit ad etymologiam verbi כלאים (quod etiam Psalm. 118. 101 Aquila per ἔργμον interpretatus est) hoc autem libere et pro contextu, si vel nullus codex adesset nomina interpretum permutarem, quod recte fieri docet Codex Coislinianus.

Deut. XXXII. 15. Verba ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος apud Alexandrinos sunt interpretamentum verborum טבעי וְיִשְׁרָי ex alia translatione. Nam טבעי est proprie λακτίζειν. Cappelli *Noit. Critt. in V. T.* p. 412. Idem valet de voce παρωζύνθη v. 19. quae est glossema ex alia interpretatione verbi פנכה.

Deut. XXXII. 43. Addunt Alexandrini προσκνησάτωσαν αὐτῶ πάντες ἄγγελοι θεῶ, quos hic secutus est Paulus Ep. ad Hebr. I. 6. Alia item hic est interpretatio, ex alia procul dubio translatione, ἐνεσχυσάτωσαν αὐτῶ πάντες υἱοὶ θεῶ. Praeterea in eodem versu duplex est rursus glossema, ex diversis versionibus. Nam ἐνδικήσει et ἀνταποδώσει δικήν idem sunt. Idem ἀνταποδώσει δικήν τοῖς ἐχθροῖς et τοῖς μισῶσιν ἀνταποδώσει idem rursus sunt, merumque, alterum ex altero, glossema. Cappellus *Noit. Critt. in V. T.* p. 413.

Deut. XXXIII. 2. Pro עִיפֵי Alexandrini habent κατέσπενσεν, quae lectio plane est nihili. Genuina autem extat apud *Theodoretum* nempe κατεκαύσεν *illuxit*. Nam καίειν, etsi plerumque notat *ardere*, nonnunquam tamen in Versione Graeca est *lucem spargere*, vnde de face usurpatur Ies. 62. 1. coll. Exod. 27. 20. Lev. 24. 2. quin de ipsa columna nubis et ignis Ies. 4. 5. Corruptio autem facile oriri potuit ex similitudine litterarum K et Π, quas saepius permutatas esse Critici subinde annotarunt. Vide e. g. *I. C. Wolfium* ad *Libanii Sophistae* Epistol. 1514. p. 689. In ipso hoc capite pro κατάζον, quod est in exemplo *Vaticano* et apud *Theodoretum*, *Aldina* et quae eam sequitur *Basileensis* exhibent πάταζον. Quin in ipso verbo κατακαίειν semel adhuc errarunt librarii Pl. 73. 8. vbi pro  
κατά

κατακαύσωμεν legendum esse κατακαύσωμεν post *Hieronymum* notavit *I. I. Semler* in Ep. ad Griesbachium de emendandis graecis V. T. interpretibus, p. 18. *H. A. Schultens* Spec. Obfl. Philolog. et Critt. ad quaedam V. T. loca p. 13 sequi.

## I O S V A.

Ios. V. 2. Verba ἐν πέτραις ἀκροτόμῃ, quae in Vaticano codice post verba Alexandrinorum μαχαίρας πετρίνας leguntur inserta, aliunde eo venisse, fortassis ex *Aquila* versione alterum, alterum ex interpretatione *Theodotionis*, videntur. *Fischer de Versf. GG.* p. 87. *Ioh. Georg Abicht* in Diss. de cultris saxeis ad h. l. (Lips. 1713. 4.) p. 10. nullus dubitat, quin πετρίνας sit glossema textui a libraro ignario insertum. Sic enim *Augustinus* Quaest. 6. fac tibi cultros de petra acutos, vel sicut habet Graecus, de petra acuta.

Ios. VI. 3. *Montfauconius* in marginibus Codicis Coisliniani haec adscripta invenerat. Οἱ λοιποὶ — ἀναλώσατε τὴν πόλιν κύκλῳ τῆς πόλεως. Sed pro ἀναλώσατε rescribendum esse κυκλώσατε, et res ipsa clamat, et aliorum codicum, ut Oxoniensis Basiliensisque auctoritas confirmat, in quibus diserte scriptum κυκλώσατε legebatur. *Fischer Prol. de Versf. GG.* p. 100.

Ios. VI. 4. Vox αὐτόματα in Versione Alexandrina est glossema, obelo ut par est notatum in exemplo Grabiano. *Montfauconius* erravit, cum diceret, αὐτόματα esse interpretationem vocis ΠΙΠΠΩ, cui tamen ne loco quidem respondet. *Scharfenberg Prol. de Iosephi et Versf. Alex. consensu,* p. 14.

Ios. VI. 9. Textus LXX Intt. in Codice Romano minus est hic sincerus. Habet enim καὶ οἱ ἱερεῖς οἱ ἐραγῶντες ὀπίσω τῆς κιβωτῆ τῆς διαθήκης κυρίως σαλπίζοντες, vbi male id adscribitur sacerdotibus, ut agmen claudant, quod reliquae imbelli turbae tribuendum esse, tum ex textu nostro hic, tum e v. 13. etiam apud LXX liquet. Itaque vel corrigendum est, ut cum hebraeo et textu Versf. Vulg. congruat: καὶ οἱ ἐραγῶντες ὀπίσω τῆς κιβωτῆ τῆς διαθήκης κυρίως τῶν ἱερέων σαλπίζόντων, vel restituumdum erit, ut habent Codices Basileenses: καὶ οἱ ἱερεῖς σαλπίζοντες ταῖς  
D 2 κεραι-

κερατίναις, καὶ οἱ ἔραγάντες ὀπίσω τῆς κιβωτῆ τῆς διαθήκης κελῆς πο-  
ρευόμενοι, καὶ σαλπίζοντες. I. Bonfrerius in Comm. ad h. l. p. 45.

Iof. VI. 13. LXX hic in omnibus codicibus habent *μετὰ ταῦτα* quod manifeste repugnat textui hebraeo Vulgato et Chaldaeae paraphrasi, in quibus diserte habetur *ante eos* vel *ea*. Repugnat etiam iis quae hoc eodem capite apud LXX habentur v. 7. et 9. Itaque non videntur mihi hic a mendo vindicari posse LXX. Auget suspicionem mendii, quod totus hic locus in variis codicibus varie legatur, etsi in illis vocibus conspirent, et vero suspicor hoc ad ὄχλον seu turbam tantummodo pertinere, et ita ordinanda esse verba, ut hanc turbam tantummodo illud *μετὰ ταῦτα* afficiat. Bonfrerius in Comment. ad h. l. p. 46.

Iof. IX. 4. In versionem Alexandrinam hl. verosimile est mendium irrepisse. Loco ἐπὶ τῶν ὄμων reponendum est ἐπὶ τῶν ὄνων, quod non tantum Hieronymi versioni sed etiam hebraicae lectioni et chaldaicae paraphrasi conforme est, quam etiam lectionem Augustinus in Quaest. ad h. l. ut veriozem agnoscit. Bonfrerius in Comment. ad h. l. p. 67.

Iof. IX. 5. De verbis ὑποδήματα καταπεπελματωμένα (h. e. calceamenta non simplicibus sed multiplicibus soleis munita: nam πέλμα non solum de planta et solo pedis dicitur, sed etiam de ipsa solea, ac particula κατὰ in multis verbis compositis hanc vim habet, ut multitudinem quandam et copiam indicet. Vnde non male Symmacho ὑποδήματα ἐπιβλήματα ἔχοντα seu calcei variis corii particulis confuti dicantur) quibus Iudaei Alexandrini h. l. vsi sunt, ut formulam hebraicam תְּנִיחָהּ וְתִלְוֶהָ interpretarentur copiose egit Fischerus in Proluss. de Versf. G. G. V. T. pag. 122 seq. ac multa argumenta congestit, ut ostenderet pro καταπεπελματωμένα reponi debere καταπεπολτωμένα, quod verbum ductum esset a nomine πολτός, quo *puticula* proprie significatur. Huius suspicionis suae has fere rationes attulit: primo verbum καταπεπελματωμένα non satis accommodatum esse ingenio verbi hebraici תְּנִיחָהּ וְתִלְוֶהָ (quod quomodo dici ab eo potuisse, equidem non video. Omnia enim loca V. T. in quibus vox תְּנִיחָהּ occurrit, clarissime docent, generalem eius significationem esse ita constituendam, ut sit ex multis etiam colorum variorum pannis consueve, et quasi centonem contexere, vnde ad ea, quae sunt maculosa et versicolora recte transfertur. Qui vsus verbi etiam in lingua Rabbi-  
nic

nica locum habet. Sunt adeo כעלות מטלחות calcei refarti, seu ex variis corii frustis confuti) deinde in Oxonienſi codice ſcriptum extare καταπεπλωμένα quod ipſi vitioſe ſcriptum pro καταπεπολωμένα viſum eſt, quanquam eodem iure dici poſſit hanc lectionem e vulgata natam eſſe, quum medias vocabulorum ſyllabas a librariis ſaepenumero neglectas conſlet. Denique attulit *Gloſſarium Heſychianum*, in quo reperitur haec gloſſa etiam a *Phavorino* exſcripta: καταπεπολωμένα, καταπεπινακωμένα pro quo καταπεπινακωμένα h. e. spurca, conſpurcata, auctoritate *Suidae* et Codicum Lexicorum Cyrilli et Photii manuſcriptorum commotus reponendum iudicavit. Sed illud ipſum καταπεπινακωμένα interpretamentum verbi καταπεπλωμένα eſſe iudicari poteſt. So- lae enim recte πινάκες dici poſſe videntur.

Iof. XI. 17. מו-הרהר חלק A. ἀπὸ ὄρας μεριζομένε- Σ. ἀπὸ ὄρας λείε. Auctoritate Hieronymi commotus Aquilae verſionem vitioſam et ita reſtituendam eſſe arbitror: ἀπὸ μεριζοντος τῶ ὄρας. Caeterum Aquilam Syrus expreſſit, Arabs vero Symmachum. Confer *Weſſelingii probabilia* pag. 126.

Iof. XIII. 22. Verba Verſionis Alexandrinae ἀπεκτεναν ἐν τῇ ῥοπή (pro quo Codex Oxon. προγομῆ, Ald. et Compl. τροπή habent) partim admodum incommodum ſenſum habent, partim cum verbis hebraicis קרנו בקרב, quibus vnice reſpondere poſſunt, nullo modo conciliari poſſunt. Non vana itaque eſt ſuſpicio vocem ῥοπή vitioſam ac permu- tandam eſſe cum voce ἄρπη. Eſt autem ἄρπη vox Phoenicio-graeca et in latinam adeo linguam translata, quae gladium leviter curvatum falci ſimilem ſignificat, et de qua copioſe expoſuit *Bochartus* in *Hieroſoico* Y. II. Lib. V. cap. 15. Fol. 760 ſequ. ed. *Leuſden*. Caeterum confirmatur haec coniectura verbis ἐν ῥομφαία quae in Ald. et Compl. ante ἐν τῇ ῥοπή inſerta reperiuntur, et merum interpretamentum ſapiunt.

Iof. IV. 15. Pro Ἀργὸβ in verſione Alexandrina ob cap. XXV. 13. et Genef. XXIII. 2. reſcribendum eſt Ἀρβόγ quod idem eſt ac Ἀρβόν immo melius ex veteri pronuntiatione τῶ V vt g vel ng: vnde Gomorra et multa alia. Hinc in *Alex.* et *Ald.* Ἀρβὸ, *Syr.* et *C.* Ἀρβαί. O. ἄρ- βόν al. ἀρβὸν legitur, vt adeo lectionem vulgatam ἀργὸβ nihil eſſe niſi errorem vagantis oculi librarii dubitari nullo modo poſſit.

Iof. XXI. 36. et 37. Totus hic locus, uti legitur nunc in impressis Versionis Alexandrinae libris admodum est corruptus ac depravatus. Meo iudicio verba *πέραν τῆ ἰορδάνε τῆ κατὰ Ἱεριχὰ* pariter ac illa, quae vitiosa satis *Commelinus* Codex eorum loco exhibet (nempe *τῆ ἰορδάνε τὴν Ἱεριχὰ*) ex *Paral. VI. 78. 79.* in Iosuae librum a librariis sunt adscripta, et recte in *Alexandrino* a *Grabio* obelo notata, quia Graeci librarii similia alibi in margine attulerunt, quae temporis successu aliorum ignorantia vel incuria in textum irrepere. Nihil enim simile neque in *Mssis* neque in impressis hebraeis codicibus legimus. Eodem modo quoque verba *τὴν πόλιν τὸ Φυγαδευτήριον τῆ Φονεύσαντος* ex cap. XXI. Iosuae v. 38. prius margini et deinde textui inserta esse opinor. Si enim haec cum hebraico textu componas, parem cum praecedentibus rationem agnosces. Verba *ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὴν Μισὰ* secundum *Romanum* vel *ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Μισὰρ* secundum *Alexandrinum*, non comparent in *Commelino*, et videtur ex Cap. XX. 8. Iosuae huc translata. *τὴν Κεδσὼν*, uti *Commel.* *τὴν Δεκμὼν*, uti *Rom.* et *τὴν Γεδσὼν*, uti *Alex.* legit, sunt vitiosa, verumque nomen conservavit *Codex Oxoniensis*, qui *Κεδμὼν* exhibet. *Complut.* et *Rom.* *Μαφὰ*, et *Alexandr.* *Μασφὰ* denique, etiam rejiciendum existimo, auctoritate *Oxonienfis Codicis*, qui *Μαφὰδ* legit.

## LIBER IVDICVM.

Iud. I. 15. Ter in hoc commate Alexandrini hebraicum *נִלְיָ*, quod fontes vel scaturigines aquarum seu potius solum, quod sciet et abundat aquis et fontibus *λύτρωσι* transtulerunt, et commemorarunt *λύτρωσι* ὕδατος, *λύτρωσι* μετῶρων καὶ *λύτρωσι* ταπεινῶν. *Bielius* in Thesauro suo philologico sub *λύτρωσι* suspicatur quidem eos loco *נִלְיָ* legisse *נִלְיָא*, quod eo maiorem veri speciem habet, quo certius est omnes hucusque collatos codices vocem *λύτρωσι* tueri, quomodo etiam legisse *Theodoretum*, *Augustinum* et *Procopium* liquet. Verum sententias has, quae mirum in modum torserunt *Augustinum* et *Sanctos* olim Patres emendandas recte ominari mihi videtur *Serarius* in Commentario ad hl. p. 24. ut ubique pro *λύτρωσι* exigua mutatione legatur *ἀλύτρωσι* *ablutionem*, *irrigationem*, qua ratione sententia alioqui obscurissima evolvitur.

Iud.



Iud. V. 6. Versionem Alexandrinam prioris huius commatis partis Codex Romanus sic exhibet: *eis ti êkadisan anamesson tēs digomias tē aipōsai suriamē aγγέλων eis diareseis Peβh̄n.* Emendanda hic non parca. Pro *êkadisan* existimo reponendum *êkadisas* fedisti, ut respondeat hebraico. Rursum pro *aγγέλων* reponendum *aγγελῶν* armentorum. Denique quid *digomia* sit, nemo facile divinaverit, neque alibi vsquam reperiat; quid si legendum sit *anamesson tēs digonias* in medio duorum angulorum? Confirmat has coniecturas ac probabiles reddit praeter textum hebraicum sensus totius loci, qui est hic: Cur bello neglecto habitas et sedes otiosus inter septa et caulas tuas, delectatus gregum tuorum balatibus, interea scilicet dum fratres tui pugnant pro communi bono et tranquillitate publica.

Iud. IX. 4. Vbi narratur, Abimelechum אִימֵלֵךְ (*tumidos* h. e. *superba ferocia elatos, audaces*; ut docet arabicum فخر) mercede ad violentam fratrum caedem perpetranda[m] conduxisse, LXX Intt. vocem אִימֵלֵךְ vertunt per *δειλῆς meticulosos*. Quis autem erit tam emotae mentis, ut ad tantum facinus perpetrandum homines timidos mercede conducat. Non quidem me fugit, Poetas veteres, Homerum imitatos, quosvis nullius pretii homines, et improbos *δειλῆς* vocare, observante Valckenario ad *Eurip. Phoen.* v. 1011. p. 365., verum ita, ut ad timiditatem in bello vitiosam respiciatur, quare et *ἀγαθοὶ fortes, strenuὶ* iis opponuntur. Sed quid fiet versioni Alexandrinae? Non quidem illi interpretes presse hebraeo textui inhaerent, versionem tamen prorsus ineptam et frivolam dedisse existimari nequeunt. Refringamus *δειλῆς* in *δεινῆς*, et versio, etsi non ad amissim hebraeo textui conveniens, bona aptaque facta erit.

Iud. XIV. 8. 9. Hebraicum הַרְרִיךָ quod *corpus* et hl. *cadaver* notat Alexandrini voce *σῶμα* transtulerunt. *Bochartus* in *Hierozoico* T. II, p. m. 522. non solum recte iudicat esse *σῶμα* rescribendum, sed etiam v. 9. ubi legitur in editione *Complutensi* et *Parisiensi* ἐν τῆς ἕξως τῶ λεόντος ἐξέλεν τὸ μέλι loco ἐν τῆς ἕξως esse reponendum ἐν τῆς ἰχθύος ex *lumbo* (quo modo redditum הַרְרִיךָ, quia רַר partim sumitur pro *tergo* vel *dorso*,

vt sunt *lumbi*) non male conjicit. Vox enim *quos* minus frequens mutata esse in *quos* per scribarum imperitiam videtur, quibus corrumpere solenne est, quicquid non intellegunt.

Sed monet nos inflans dies memoriae natalium Domini nostri Iesu Christi facer, vt seposito ad aliud tempus huius libelli argumento, ad Vos **CARISSIMI CIVES** se convertat oratio nostra. Vosque hortemur frequentius interesse sacris, quae eo die maiores nostri fieri voluerunt. Non autem opus esse videtur, vt, quaenam sinceri religionis nostrae cultoris, qui festum nativitatis servatoris sui digne celebrare cupit, praecipua cura et cogitatio esse debeat, multis vos doceamus. Nostis enim bene Iesum, quem Deus nobis dedit auctorem omnis felicitatis nostrae, fuisse, siue sapientiam eius ac perfectionem summam respiciamus, siue potentiam eius salutarem cogitemus, tantum virum, quo maiorem nec orbis vidit unquam nec genus humanum excipiet. Festiva igitur laetitia non solum eius diei, qui hunc tantum virum luci dedit, ac naturae nostrae participem reddidit, recordamini. ac numinis clementiam mente pia et grata veneramini, sed etiam recta ac indefessa imitatione huius Viri praestantissimi ac optimi animum vestrum gratissimum demonstrate. Quod si feceritis, et vobis bene erit et aliorum felicitatem promovebitis.

P. P. Dom. IV. Advent. MDCCC.

VI 216

5. + 24. Juli 2:20

23 = E

39 = t.




vd 18

TR. → 22

VD 17

04.2007 Sch,





1890

SYLLOGES  
EMENDATIONVM CONIECTVRALIVM IN  
VERSIONES GRAECAS V. T.  
P A R S I I.

20

QVA

AD MEMORIAM NATIVITATIS CHRISTI

IN

I

IOHAN  
PHILOSOPH  
IN ACAD. VI  
NON CON

SNER  
PUBL. ORD.  
ITVS, NEG  
THEOL.

